

# PROCESSUS NUPTIALIS,

*QUEM*

**UNIGENITUS  
ÆTERNI PATRIS**

**HIC TANQVAM SPONSVS PROCEDENS**  
inchoavit

## In Conceptione sua

Naturam humanam indissolubili vinculô  
Sibi conjungendo ,

Continuavit

**IN ANNIS CONVERSATIONIS SUÆ  
FACIENDO ET DOCENDO**

Consummavit


**I N M O R T E S U A  
N O S R E D I M E N D O ,**

Piô Sermone relatus è Cathedra Metropolitana  
feriâ quintâ in Cœna Domini

à

*Reverendissimo, Frænobili, ac Amplissimo Domino  
GODEFRIDO ANTONIO HERBST, SS. Theol: Bacca-  
laureo formato, Sac: Metrop: Eccl: Pragenfis ad D. Vitum Cano-  
nico Seniore, supremo Regni Boëmiaæ Quæstore, nec non Celeberrimi  
Archi-Episcopalis Collegij in Aula Regia Inspectore.*





# ORATIO.

Auditores.

Lustra sex qui jam peregit, tempus im-<sup>Ecclesia,</sup>  
plens Corporis.

Sponte liberâ Redemptor Passioni de-  
ditus,

Tanquam sponsus, quam olim super ferali Solimæ Thea-<sup>Pſ. 18. v. 6.</sup>  
tro, ante perversos iñjustitiae Ministrōs, in Consilio ma-  
lignantium sponsæ suæ in Gratiam iusit scænam amoris,  
æquè ac Doloris, lustrō abhinc unō piô Sermone repro-  
duci induxit, ubi ad Discipulorum suorum pedes <sup>præ-</sup>  
<sup>cinctus linteō</sup> ostendit, se ministrum imò Magistrum hu-  
militatis: exemplum enim dedit nobis, ut quemadmodum ille  
fecit, & nos faciamus; In horto Gethlemani sub sudore <sup>Luc. 22. v.</sup>  
sanguineo ad deliquium usque eradicandis primi, & reve-  
ra inimici hominis zizanijs solertissimum hortulanum, in-<sup>44.</sup>  
ter accusantium, calumniantium, & cædendentium cohori-  
tes <sup>Matt. 13. v.</sup> ad miraculum Pilati Silentiarum perfectissimum, in-<sup>28.</sup>  
ter flagellantum, & dilanianum manus sub patientiæ <sup>14.</sup>  
Clypeo Strategum fortissimum; Sub frutice rhamni, <sup>Jud. 9. v. 14.</sup>  
Spinis, inquam, exhibuit se Regem lignorum, arborum  
inversarum, ne dicam hominum perverorum: Recipit <sup>Mattt. 27. v.</sup>  
enim peccatores, ac tandem in Ara Crucis pro reconciliando peccatore Mystam Sacratissimum; Qui nuper <sup>14.</sup>  
omnia beneficit; Hodie nuptias suas solenniter celebra-<sup>Autor. 10. v.</sup>  
<sup>38.</sup>

**re, castissimumque cum sponsa sua gestit prosequi con-**  
**Matth. 18.** **nubium. Jam pridem auditis AA. Regnum Cælorum si-**  
**mile esse homini Regi qui fecit Nuptias filio suo. En! quod**  
**Veritas æterna sub parabola prædicta, hic verificatum**  
**Homil. S.** **intelligite. Regnum Cælorum præsentis temporis Ecclesia di-**  
**Greg. 12. in** **citur, de quo in alio loco Dominus dicit: mittet filius homi-**  
**Evang.** **nis Angelos suos, & colligent de Regno Ejus omnia scandala,**  
**neg̃ enim in illo Regno Beatitudinis, in quo pax summa est, in-**  
**veniri poterunt scandala, que colligantur.**

Et verò, Regnum Cælorum præsentis temporis Ec-  
clesia: habet enim Regem Cælestem; *immortalem, & in-*  
**1. Tim. 1.** *visibilem, Regem omnium facrorum, cui omnis creatura sub-*  
**Dan. 7.v.18.** *iecta est: habet Cælestem legem, quā dirigitur: lex ejus*  
**Judith. 9.** *v. 7.* *veritas: Cælestem Doctrinam: verba vita æternæ: Cælestes*  
**Pf. 118. v.** *gratias & dona: apparuit enim gratia Illius omnibus hominibus,*  
**142.** *eradiens nos; Cælestes promissiones: Vitam æternam dat*  
**Joan. 6. v.** *69,*  
**Tit. 2. v.11.** *suis. Cælestem ordinem: Unus Deus, Una fides, Unum Baptis-*  
**Joan. 17. v. ma:** *Cælestem cibum: non de solo pane vivit homo, sed*  
**2.** *de omni verbo quod procedit de ore illius; panem Celi dedit eis,*  
**Ephes. 4.v.5.** *Matt. 4. v.4. lignum vitae: Cælestem hæreditatem: incorruptibilem, in-*  
**Pf. 77. v.24.** *contaminatam, conservatam in Cælis. Continuoque tendit,*  
**Apoc. 2.v.7.** *& aspirat ad cælestia; quia conversatio nostra in Cælis est.*  
**1. Pet. 1.v.4.**  
**ad Philip. 3.** Regis hujus Majestas habet pro decore suo æter-  
**v. 20.** nam suam Claritatem; *Lux est, & lucem inhabitat omni*  
**1. Joan. 1. v.** *oculo creato inaccessibilem; Habet pro Purpura immor-*  
**1. ad Tim. 6.** *talitatem, pro diademate Gloriam; pro sceptro poten-*  
**v. 16.** *tiam: Fortis & potens; pro terminis Regni sui immen-*  
**Pf. 2.3. v. 8.** *sitatem Regni Ejus non erit finis; pro opibus ipsam felici-*  
**Luc. 1.v.31.** *tatem: Nullius eget; pro ministris spiritus cælestes: Mil-*  
**Pf. 1.5. v. 2.** *lia Millium ministrant ei; pro throno: Cælum; pro scabel-*  
**1. Ma. 66. v. 1.** *lo pedum suorum terram.*

Dicitur porro: *Homo Rex, cùm DEUS sit, quia hu-*  
**a. Cor. 1.v.3.** *manissimus, quia benignissimus erga suos: Pater misé-*  
*ricor-*

ricordiarum, & DEUS totius consolationis cuius delicia est  
cum filiis hominum. Si tamen Personæ Ejus Regiæ spe- Prov. 3. v.  
ciem scire desideratis? Caput Ejus aurum optimum, est ipsa <sup>31.</sup> Cant. 5. v. ii.  
Divinitas ex qua omnis nobis Spiritus vita, Gratia, & virtu- Ambros.  
tum, omnis sapientia, potentia charitas, omnis pulchritudo Serm. 20.  
emanat. Facies ejus, splendor lucis æternae, in quem deside- In Ps. 118.  
rant Angeli prospicere; Oculi Ejus, intellectus & provi- Ps. 4. v. 7.  
dentia: Signatum est super nos Lumen vultus tui Domine, Rom. 3. v. 4.  
quem nullum latet secretum; Os Ejus Veritas æterna: est Hebr. 1. v. i.  
autem DEUS verax; Labia Ejus, duo Testamenta: Olim  
loquens DEUS Patribus in Prophetis novissimè locutus est nobis Ps. 88. v. 14.  
in filio; brachia Ejus, fortitudo & potentia: tuum bra-  
cbium cum potentia; Ubera Ejus, bonitas & Clementia:  
nunquid potest oblivisci mulier, ut non misereatur filio uteri Isa. 49. v. 15.  
sui, & si ipsa oblita fuerit, ego tui non obliviscar dicit Domi- Ps. 84. v. 15.  
minus; pedes Ejus misericordia & veritas, quæ obviave- Ps. 33. v. 16.  
runt sibi; aures Ejus miserationis: aures Ejus ad preces eo- Ps. 90. v. 15.  
rum, clamabis ad Eum & exaudiet te; Cor Ejus charitas: 1. Joan. 4.  
DEUS charitas est, & qui manet in charitate in DEO manet v. 16.  
& DEUS in eo.

Filium habet Rex iste, in quo sibi bene complacuit, qui Matth. 3. v.  
non rapinam arbitratus est per omnia, Divinitate, Majesta- 17.  
te, Imperio, Gloriæ, Sapientiæ, esse se æqualem Patri suo, Ipse ad Philip. 2.  
enim & Pater Unum sunt; v. 6.

Huic fecit nuptias, dum suam Naturam Divinam  
humanæ nostræ naturæ junxit unione Hypostaticâ quasi  
quodam maritali & indissolubili vinculô, quod nulla po-  
tentia, nulla vis nec ipsa mors dissolvere potuit, quod Ita Theologi  
enim semel assumpit nunquam dimisit, & quod erat esse non S. Leo de  
desist. Nat. Serm.

Sacramentum hoc Magnum in incrementum Gloriæ  
suae in salutem generis nostri præordinatum inchoavit  
sponsus noster, illò tempore quando Angelo nunciante,  
Clau-

**Ecclesia.** *Clausæ Parentis Viscera cœlestis intravit Gratia, & Virgo intacta, nesciens Virum concepit alvo filium, ac benedicta inter mulieres nobis DELUM protulit & hominem. Aptè tunc sponsso nostro procedenti de thalamo suo Virginæ Cœlestis*

**Luc. 2. v. 14.** *Genij festivum cecinere Epithalamium : Gloria in Excel- ad Tit. 3. v. 4.* *sis DEO, & in terra pax hominibus ; humanitas enim appa- ruit Salvatoris, Gloriam suam nobis manifestans, & ho- minem DEO reconcilians pacem terris reddidit, aptè :*

**Apoc. 12. v. 7.** *quia per hoc magnum Sacramentum Ipsí magni inter se facti prelij ruinas de genere nostro abundanter reparari agnovére, unde nec nobis inconveniens sit, etiam hōc*

**Ibid. 19. v. 7.** *sacerrimi luctū tempore ijsdem congaudere & exultare ; quia venerunt nuptia agni.*

**Aabor. 10. v. 38.** *Inchoatam hujus Sacramenti solennitatem conti- nuavit sponsus noster, dum in Judæa, in Galilæa, in Sama- ria in finibus Decapoleos, ad mare Tiberiadis, ad fon- tem Sichar, in regione Gerazenorum, in partibus Tyri & Sidonis, docendo & benefaciendo pertransiit. Quin imò à principio Nativitatis suæ admirabili æquè ac sapien- tissimâ cœli dispositione Herodis impietatem fugiens, ix. S. Leo. Serm. 2. de Epiph. longinquam Ægypti regionem illatus est, ut gens illa antiquis er- roribus dedita, jam ad divinam salutem per occultam Gra- tiam signaretur, & quæ nondum ab animo ejecerat supersti- tionem jam hospitiò reciperet veritatem. Et : Ut Magni Sa- cramenti solennitas in orbem universum divulgetur, nuptieq; discubentium frequentiâ, non minus condeco- rentur, quam impleantur, misit servos suos ut invitent, pl. 12. v. 5. quorum in omnem terram exivit sonus, & in fines orbis terre verba eorum.*

Perfecit hoc Sacratissimum Connubium, clarius di- cam: absolvit solennitates nuptiarum sponsus noster in amarissima Passione & morte sua, quam nobis hisce sa- cris ferijs Mater nostra Ecclesia piô luctu commemorat;

Ast

Ast AA. non sit Vobis vanum néque paradoxum sub connubiorum jocis, & delicijs, sub nuptiarum solennitatibus Vitæ Passionis & mortis Ejus sortem plagásque recolere, sic enim *Rifus*, quem fecit nobis Dominus na- Prov. 14. v.  
scendo *Dolori Passionis* & mortis Ejus *admisceretur*, at- 13.  
que *extrema gaudij, summa gaudij nostri (gaudemus enim quia nomina nostra scripta sunt in celis) luctus Illius occupat*, amarissima mors Ejus perficit. Hæc liceat tuâ Gratia sponsè Zelantissime, pace vestrâ AA. sub continuata nuptiarum metaphora, hic piè repræsentare, ut *redemptio Ecclesia. nis nostra fructum in nobis jugiter sentiamus.*

**A**uditores: Vix unquam, etiam inter illos, quibus est res angusta domi, aguntur nuptiarum Solennitates sine convivijs, & convivis, *Nuptiae factæ sunt in Cana Joan. 2. v. i. Galilææ, & erat Mater IESU ibi & IESUS cum discipulis suis, utique in Convivio nuptiali, in quo, vinô deficiente cellam suam ad hilaritatem usque ne dicam ad ebrietatem & extasim conviviantium aperuit Divinissimus Cellarius: hoc enim initium signorum suorum fecit ibidem. Rex Matth. 22. servos suos iteratò misit, dicere invitatis, ut venirent quia parata sunt omnia; Tandem: cum multi neglexissent venire, alios compelli jussit, donec impletæ sunt nuptiæ discentium.*

AA. Eximius alioquin paupertatis Professor, & Pro- fessus, qui non habuit ubi Caput reclinet in alieno natus, Matth. 8. v. mortuus, & sepultus, quæ in Cana Galilææ suâ Præsen- 20. Ita S. Aug. tia sanctificavit, SS. Conviva, ea inter cæteras nuptiarum suarum Solennitates exhibuit largissimus oceonomus; Ubi vis manducemus Pascha? Adoriuntur eum Disci- Marc. 14. v. puli sui, & respondit: Ite in Civitatem, & obviabit vobis homo lagenam aquæ bajulans sequimini eum, & ubi introie- 13. rit

*rit dicite Domino Domus &c.* Signate verba, notate mysteria : in Civitatem ablegat Discipulos suos pro parando convivio suo nuptiali pro Cæna sua ; in Civitate, non in agris, non in villis, non in hortis convivari desiderat. Noverat, quia in horto voluptatis *Patres nostri consiliò serpentis comedenterunt uoram acerbam, qua etiam dentes filiorum stupefecit*, animas infecit ; Noverat, servorum

**Luc. 14. v.**

<sup>18.</sup>

**Auctor. 13. v.**

<sup>46.</sup>

**Cant. 7. v.**

<sup>11.</sup>

**Ibidem 8.**

<sup>v. 1.</sup>

**ad Gal. 4. v.**

<sup>25.</sup>

**ad Ephes. 2.**

<sup>v. 19.</sup>

**Ita Tyrinus  
in hunc lo-  
cum.**

**S. Chrysost.**

**Hom. 60. ad**

**pop.**

**Genes. 14.**

<sup>v. 18.</sup>

**Hymn. Ec-  
clesiast.**

**Exod. 12.**

stationes in agris, in villis, in quas suâpte obstinatione dìgressi, sub legis jugo duram trahendo servitutem, *indignos se fecerunt Regno DEI*, convivio evangeliô. Et ideo forte sapientissimus Sponsus noster à sponsa sua olim invitatus in agros, in villas non comparuit, siquidem usque hodie suspirat Illa dilectum suum invenire foris. Nec inveniet, quia non cum servis foris, sed cum amicis, sed domesticis & concubibus suis in Civitate, in Ecclesia, convivari desiderat. Et quidem in *Canaculo grandi strato & parato*, instructo Mensis alijsque decoris Utensilibus, vestito tapetibus, ornato frondibus, illuminato facibus, ut vel inde dignitatem excellentiamque hujus Regij convivij estimare tèque eidem internò cordis decore adaptare satagas.

Quis autem ciborum apparatus ? AA. *non sunt humanae virtutis*, non humanæ inventionis, non humanæ liberalitatis opera quæ proponuntur ; DEUS hujus sacerdificij convivij oeconomus, cum sit potentissimus, plus dare non potuit, cum sit sapientissimus plus dare nescivit, cum sit diuisimus plus dare non habuit. Recogitate AA. *Regis Salem Melchisedech sacrificium Abrahamo Gentium Patri in pane & vino oblatum*, parùm est, quia panis & vinum ; hic sub panis & vini specie in cibum porrigitur, Ipse DEUS, *Ô res mirabilis, manducat Dominum pauper, servus & humiliis.* Comemoramini agnum Paschalem, in memoriam sui transitus de servitute Aegyptiaca, populo edi de manu-

mandatum, parùm est, quia typus; hic Agnus immaculatus offertur, cuius sanguine è servitute Diaboli liberati in libertatem filiorum DEI adscribimur. Recogitate Manna Rom. 8. v.  
Cælo deplum de quo populus DEI in deserto habuit alimentum & oblectamentum parùm est, quia corruptio-<sup>21.</sup>  
ni obnoxium manducaverunt manna & mortui sunt; hic s. Thom. 4.  
caelestis dulcedo in ipso fonte degustatur, qui manducat hunc Opus. 5. 7.  
panem vivet in aeternum. Recogitate panes propositionis Joan. 6. v.  
ad ritum legis sanctificatos, parum sunt, quia hostan-<sup>49. & 50.</sup>  
tum sacerdotibus licebat edere; Hic prodest omnibus, Exod. 35.  
qui pro salute & sanctificatione omnium cælo delapsus est. v. 13.  
Recogitate omnes legis oblationes, hostias, libamina,  
& holocausta, quibus supremam DEI creatoris sui Ma-  
jestatem colebat populus Israel, parùm sunt, quia figu-  
ræ, hic, qui est plenitudo Deitatis, veritatem præfigurata S. Cyprian,  
imaginis praesentiâ suâ ad implevit, Hic thesaurus in exhaustus ad Cæcil.  
Charismatum Divinorum, hic Pharmacum immor- lib. Ep. 3.  
talitatis, hic pignus æternæ Gloriæ, DEUS abscondi- SS. PP.  
tus, & Salvator. Cogita ergo qualis insignitus honore, quali S. Chrysost.  
mensa fruaris; quod Angeli videntes borrescunt, neque libe- ut sup.  
re audent intueri, propter emicantem inde splendorem Divi-  
nitatis, boc nos pacimur, huic nos unimur. Quis loquetur Pf. 105. v. 2.  
potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus.

Vocat equidem Universitatem generis nostri ad hoc  
suum Epulum caelestis architriclinus, venite inquit omnes Matth. 11. v.  
qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Ast ejici-<sup>28.</sup>  
untur in tenebras exteriores qui carent ueste nuptiali di-  
spositionis debitæ; qui accedere vult, probet autem se 1. Cor. 11.  
ipsum homo, an homo sit imaginem DEI Creatoris sui,  
munditiâ cordis, justitiâ operis, in anima sua referens?  
arcentur enim ab hac humanissima Sapientie Divine Men-  
sa qui homines non sunt, qui sub hominis specie Cor fe-  
re cor bestiæ gerunt, sub ovina pelle Christiani nominis,  
Dan. 4. v. 13.  
Matt. 7. v. 15.

*lupum perversæ actionis contègunt. Foris canes, venefici,  
Apoc. 22. v.  
25. & impudici & idolis servientes, & qui faciunt mendacium,  
& similia pervertæ humanitatis monstra: non huc stru-  
Matth. 23.  
v. 6. thionum (Pharisæorum) cristata ambitio primos recubi-  
tus quarentium: corrigitur severè Verbi Divini eloquio;  
non huc famelica luporum (Iscariotæ sodalium) avari-  
tiâ, justitiam, & animam scelestô pretiô prodigentium:  
Joan. 13. v.  
27. plectitur *Satana imperiô*. Non huc fætida hædorum libi-  
Matth. 25.  
v. 33. do; statuitur à sinistris in poenæ æternitate; non huc Ca-  
ninæ soboles invidiæ: traditur in sensum reprobum. Non  
Rom. 1. v.  
28. huc porcorum gulosus grex: mancipatur immundorum  
Luc. 8. v. 33.  
Job. 5. v. 2. spiritum hospitiô. Non rabida tygridum progenies: dam-  
Tit. 1. v. 12.  
Proverb. 29.  
v. 5. natur morte stulti, & maledictione. Non pigri asinorum  
1. Chrysost.  
Hom. 60. ad buc accedit. ventres: subjiciuntur egestati perpetuæ. Verbô: *nemo  
prop.* *inhumanus, nemo crudelis, immisericors nemo, nauseabun-**

*Et hic AA. referatur mysterium: quodd homo lage-  
nam aquæ bajularis discipulis ostendat ingressum ad con-  
vivium hoc, quia, *lavacrum aquæ in verbo vite*, per S.  
Ephes. 5. v.  
26. Baptisma præbet januam ad reliqua salutis nostræ per-  
cipienda Sacraenta, Ea tamen, maximè hoc convivi-  
um Angelicum, absque lavacro Pœnitentiæ accedere  
nefas proditoris est. Stat æternæ veritatis sententia:  
Matth. 15.  
v. 20. *illotis manibus panem nostrum quotidianum manducare,  
non coinguiat hominem*, illotâ tamen conscientiâ immundâ  
animâ hunc Panem edere sacrilegium est æterni interitus  
sorte multandum. Erant lapides Hydria sex posita, secun-  
Joan. 2. v. 6.  
Hebr. 9. v.  
14. dum purificationem Hebreorum, secundum legem, pro pu-  
rificatione convivantum; tibi ô sponsa in lavacro pœ-  
nitentiæ totum flumen sui sanguinis offert in emunda-  
tionem ab operibus mortuis à fôrdibus peccatorum, ut tota  
pulchra*

pulchra Convivio huic adesse valeas. *Lavit pedes Disci* - Cant. 4. v. 7.  
pulorum suorum Humilitatis Magister post cænam; qui *Joan. 13.*  
enim loti erant alias, non indigebant nisi ut pedes lavent,  
Et sint mundi toti, tibi ante Cænam hanc *Hysopò* merito- Pf. 50. v. 9.  
rum Ejus aspergi Et super nivem dealbari convenit, ut ad-  
esse gaudeas.

Sed favete metaphoræ meæ AA. à Coëna Sacratiſſi-  
ma digreſſum, more convivantium more ſponsorum  
ad saltum ad choreas; Siquidem ipſe sapiens *assignavit* Eccles. 3.  
*tempus saltandi* & poſt illum ſtudioſiſſimi æquè, ac San-  
ctiſſimi interpretes Evangelicæ veritatis in ſponſo no-  
stro notarunt Myſticos, & admirabiles quosdam saltus: Ambroſ.  
Salijt enim è Cælo in uterum Virginis, è Virginis utero Serm. 6.  
in præſepe, è præſepi in Aegyptum, ex Aegypto in Na- in Pf. 118.  
zareth, à Nazareth in Jordanem ad Baptiſtum, à Baptiſ- Greg. Hom.  
mo in deſertum ad exercitium jejunij, inde in hortum 29. in Evang.  
oliveti, inde ad prætorium Pilati, inde ad Crucem. Non  
abs myſterio in ſacris paginis ſponsa Dilectum ſuum:  
*afſimilare Caprea*, *binnuloḡ Cervorum*, inclamat, quia hæc Cant. 8. v.  
ferarum species præ cæteris blanda & pulchra, agilis & 14.  
velox, ſaltando, exſiliendōque per montes colles, & fa-  
xa itenera conficit ſua, in hiſ ipſa dilecti ſui Genium dil-  
laudare ſtudet, qui exultavit, ut *Gygas* (aliij vertunt ut Pf. 18. v. 6.  
Cervus) ad currendam viam ſuam.

*Viam aquila in Cælo, viam colubri ſuper petram, viam* Prov. 30. v.  
*navis in medio mari quis capiat? quis explicet? cum hæc* 19.  
*sapientiſſimo Regum terræ captu fuerint diſſiſilia; viam*  
*viri in adolescentia ſe penitus ignorare, fatetur ingenuè;*  
*Tranfeat assertum illius; Nec miror ignorantiam, quia*  
*Patres noſtri, inter quos ille, omnes ſub nube fuerunt, ſub* 1. Cor. 10.  
*umbris lucem, ſub allegorijs proprietatem, ſub parabo- v. 1.*  
*lis doctrinam, ſub figuris veritatem exquirere debebant,*  
*nobis autem quibus datum eſt noſſe myſteria Regni DEI, cæ-  
leſtis*

**Matth. 13.** Iestis doctrinæ, postquam lux vera venit in mundum, que  
v. 11. illuminat omnem hominem, non ignota amplius est via Vi-  
**Zach. 6. v.** ri in adolescentia. Ecce Vir, oriens nomen ejus, Filius altif-  
10. **Luc. 1. v. 22.** simi sponsus noster, Vir in adolescentia, imò in Sacra-  
tissima Conceptione sua perfectus, non modo potentissimæ  
animæ, sed & membris corporis; Vir in nativitate, qui  
**August.** licet parvus in pannis magnus tamen in cælis Orientalibus  
**Serm. 2. de** Magis innotuit stellæ indicio, Cujus etiam cune sceleros  
**Epiph.** terrebant Reges. Vir in adolescentia: Cum enim 12. esset  
**I.uc. 2.** annorum sedens docebat in templo inter doctores audiens &  
interrogans illos ad miraculum ad stuporem.

**Ecclesia.** Via Ejus, saltus Ejus, è sinu æterni Patris in uterum  
Virginis Matris; propter nos & nostram salutem descendit  
de cælis, conceptus de Spiritu Sancto, Natus ex Maria Virgi-  
ne homo factus est. O admirabile commercium Creator  
Generis nostri animatum Corpus sumens de Virgine,  
nasci dignatus est, & procedens homo sine semine lar-  
gitus est nobis suam Deitatem. Hic agnosce ô homo di-  
**S. Leo in** gnitatem tuam & divine consors factus naturæ, noli in vete-  
**Nat. D.** rem vilitatem degeneri conversatione redire, agnosce: quia  
**S. Bern.** limus es, & non sis superbus, quia DEO junctus es, & non sis  
**Serm. 1. de** ingratus; Nihil DEO sublimius, nihil limo vilius, & tamen  
**Nat.** tantæ dignatione descendit DEUS in limum, tantaque digni-  
tate ascendit limus in Cælum, ut quidquid fecit Deus limus fer-  
cisse credatur, & quidquid pertulit limus, Deus pertulisse dicatur.

**Cant. 2. v. 9.** En iste saliens in montibus, transiliens Colles subli-  
missimæ Gloriæ suæ, salutis nostræ Mysteria hoc sal-  
**Hæb. 3. v. 6.** tu suô nobis manifestavit, quin: contriti sunt montes sa-  
**Isa. 14. v. 13.** culi, contrita Luciferi in monte testamenti sedere volen-  
**S. August.** tis, superbia dum DEUS factus est homo, ut homo fieret  
**Serm. 13. de** DEUS, incurvati colles mundi, ab itineribus aeternitatis Ejus,  
incurvantur ad Ejus præsepe, ad Ejus nomen, ad  
Ejus Verba, ad Ejus Crucem, Orbi Dominantia Ca-  
pita;

pita; in Præsepi grande Mysterium Deitatis incarnatæ, in Sanctissimo Nomine Ejus signaculum suæ salutis, in Verbis Ejus præconium æternæ Veritatis, in Cruce Ejus Trophæum devictæ mortis æternæ adorantia.

Via Ejus saltus Ejus è quiete ad labores; Quievit totâ æternitate in suavissimo Patris sinu filius unigenitus Ipse sibi pax, quies, & beatitudo incomprehensibilis, & licet inquietum perduellionis Caput Lucifer in principio temporum aulam Ejus factò prælio magnō turbaverit, casuque sub tertiam partem in stagnum sulphuris ardoris deturbaverit, non tamen strages hæc commovit aut excitavit Eum; nusquam angelos suscepit. Sed post protoplastorum delictum, utpote, qui magis mōbilitate animi, quam malitiâ peccaverant, infelix nimum (nī felix culpa, qua talem ac tantum meruit habere Redemptorem) genus nostrum è voluptatis horto ejectum, sub infernalibus Pharaonis servitute durissima ad labores condemnatum tot gemitibus, tot suspirijs, tot clamoribus cælos lacescit, donec in fine temporum propter misericordiam inopum, & Gemitum pauperum excitatus, tanquam dormiens Dominus, tanquam potens Crapulatus à vino, non minus zelo furoris in principem tenebrarum accensus, quam in nos miseris misericordiæ motus, ad opus suum exivit, quod dedit illi Pater ut faciat.

Apoc. 12.

v. 7.

Hæbr. 2. v. 16.

Ecclesia.

Pſ. 11. v. 6.

Pſ. 77. v. 65.

Joan. 17.

v. 4.

Laudo in perferendis duris laboribus pro dilecta sua, Jacobi patientiam; laboravit enim 14. annis, diu noctuque, æstu urebatur & gelu fugiebatque somnus ab oculis Ejus; laudo in cæso Philistæo, pro Regis filia fortitudinem Davidis, sex cubitale monstrum hominis incircumcisum, prosternentis, laudo Judæorum post transmigrationem in exstruendo DEI sui templo solertiam, tenentium unâ manu gladium contra hostes ædificium impedientes, alterâ malleum opus persequentes, laudo vigiliam

Genes. 31. v. 40.

40.

I. Reg. 17. v. 26.

2. Esth. 4. v. 18.

Matth. 20. *tiam Patrisfamilias*, qui exiit *primo mane conducere ope-*  
v. 2. *rarios in vineam suam*, Laudo Agricolam, qui *seminavit*  
Luc. 8. v. 5. *ibidem 15. bonum semen in agro suo*, Laudo pastorem qui *dimisit*.  
v. 6. *99. in deserto magnō studiō quæslivit centesimam*, laudo  
Matth. 13. *negociatorem qui quærerit bonas margaritas cum dispendio*  
v. 45. *totius suæ substantiæ*, laudo parentem, qui recipit *fili-*  
Luc. 15. v. 13. *um prodigum*; sed symbola sunt, imagines sunt, parabo-  
læ sunt solum, quibus gratia, Cura, labor, solertia, for-  
titudo, Vigilantia sponsi nostri pro sponsa sua laboran-  
tis adumbratur. Laboravit ipse cum Jacob patientissime  
Ephes. 5. v. per 33. annos, ut sibi compararet *sponsam non habentem*  
27. *Rugam néque maculam*, pugnavit cum Davide contra Ca-  
1. Reg. 17. pitalem salutis nostræ hostem fortissime, ut *aufferret op-*  
v. 26. *probrium eterne servitutis de Israël, de populo suo.* La-  
2. Cor. 6. v. *boravit cum Judæis solertiſſimè, ut construat templum*  
16. *DEI, quod eſtis vos*, laboravit in excolenda vinea sua so-  
la. 5. v. 4. *lertissimè quod, quid ultra debuerit facere non invenerit.*  
Laboravit in seminando agro suo quam optimè, *quod fecerit fructum centuplum*, laboravit cum pastore quæren-  
do ovem perditam *donec invenerit.* Cum negotiatore  
*omnia sua: sanguinem & vitam impendendo pro compa-*  
randa bona salutis nostræ margarita; cum pio Parente  
recipiendo filium prodigum stolâ primâ inocentiæ illum ve-  
Astor. v. 1. *ftiendo, epulis Gratiæ suæ satiendo; In laboribus à ju-*  
ventute: *faciendo & docendo: in infantia subjectionem.*  
Obedientiam & reverentiam erga parentes exhibendo,  
3. Pet. v. 14. *perfectissime obedientia filius: Duodennis in templo cum*  
Doctoribus super legis quæſtionibus conferendo, adul-  
Joan. 2. v. *tior sacrilegos & profanos mercatores, ex eodem exturban-*  
15. *do;* Cum discipulis: eos pro regimine Ecclesiæ suæ tum  
scientiâ tum moribus instituendo, cum turbis: ijsdem  
Regnum DEI prædicando, cum justis: excitando eos  
ad virtutes, cum peccatoribus: eorum vitia corrigen-  
do;

do; laboravit in vita, beneficiendo omnibus, in morte  
satisfaciendo pro delictis omnium. Et hæc ex parte so-  
lum ad nostram doctrinam scripta sunt; sunt autem multa alia  
quaæ fecit, que si scribantur per singula nec ipsum arbitror  
mundum cupere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

Ibidem 21.  
v. 25.

Hic labor hoc opus Ejus, AA. dixit, passus est, Joan. 15. v.  
qua nemo alius. Et quis alius fecisset *redemptionem plebis* 24.  
sue quis læsa Justitiæ Divinæ ex æquo satisfecisset, nisi Luc. I. v. 68.  
mediator DEI & hominum, Homo DEUS. Ille est qui de- 1. Tim. 2.  
let iniquitates nostras propter se, ille est, & absque illo non est  
Salvator; Non Angelorum chorus, quantumvis sint ad-  
ministratorijs spiritus misi in obsequium illorum qui hereditatem Hebr. 1. v.  
capiunt salutis, non Prophetarum numerus quantumvis 14.  
validissimi ad DEUM oratores pro populo, non Mart-  
yrum Exercitus quantumvis ardentissimi Veritatis pro-  
pugnatores, non ipse amicus sponsi quantumvis Sanctifi-  
catus in utero, non Ipsa ante, in, & post partum Virgo, ac  
Mater admirabilis, quantumvis benedicta inter mulieres, Luc. I. v. 28.  
& benedictus fructis Ventrjs Ejus, non denique Ipsa turba  
magna electorum, quam dinumerare nemo poterat suis labo- Apoc. 7. v. 9.  
ribus Virtutibus ac meritis suis reparare poterant offendit  
DEI, quæ infinita ex parte objecti, in subiecto in-  
finitam requirebat dignitatem dignus est agnus, qui occisus Ibid. 2. v. 12.  
est accipere virtutem & Gloriam & honorem.

Via Ejus saltus Ejus, è folio Gloriæ suæ in vallem  
miseriæ humanæ, vel ideo lilyum convallium dictus, quod Cant. 2. v. 1.  
ab altissimo Gloriæ suæ throno in infimam miseriacum hu-  
manæ vallem delapsus eximum suæ humilitatis spiret  
odorem. Nam mox in introitu suo; Quem Cæli Cæ-  
lorum capere non possunt, vagit Infans inter arcta con- Ecclesia.  
ditus præsepia, & DEI manus pedesque stricta cingit fascia. Ps. 46. v. 8.  
Excelsus Dominus terribilis & Rex magnus super omnes Deos,  
cujus potestati nemo valet resistere, timet homuncionis Re-  
gis

Pſ. 135. v.  
25.  
Joan. 4. v. 14. gis crudelitatem fugit usque in Ægyptum, qui Panem Celi dedit populo suo, qui dat Escam omni Carni esurit Ipſe in deserto. Fons æqua salientis in vitam eternam ſitit Ipſe ad fontem Jacob, & clamat in agone ſuo: Sitio. Virtus DEI per quam fugitati recreantur, quâ deferente fatigamur, quâ praefente firmamur, ex itinere ſuo pro ſalute noſtra fatigatur. Aeterni Patris Solatium, Lætitia gentis noſtrœ lachrymatur ſuper Civitatem, lachrymatur ad sepulchrum Lazari. Gaudium Angelorum triftatur usq; ad mortem orans prolixius in monte Oliveti, ut opus fuerit Eum confor tam ab Angelo. Venditur à Proditore Discipulo, Magister Veritatis, captivatur à turbis, qui nos liberavit à vinculis mortis, condemnatur ab iuſtis, qui justus eſt & rectum Judicium Ejus, velatur, illuditur, conſpuitur, à ſcurris abjectiſſimis Rex Gloriarum, Cujus vultum deſiderat univerſa terra. Denudatur, flagellatur, coronatur spinis, qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore Ejus. Moritur in infami ligno qui venit ut vitam habeant, & abundantius habeant. Sic exinanivit ſemet ipsum formam servi accipiens.

1. Pet. 2. v.  
22.  
Joan. 10. v.  
10. Ridet hunc saltum ſuperba Saulis filia in Viro ſecundum Cor DEI, quem pro eximio Divinæ Majestatis cul tu saltantem & humiliantem ſe, coram arca fæderis, ſcurris adnumerat; Despexit hanc exinanitionem ambicio ſa Vaſhi in Persarum medorūmque Rege potentilímo, indignum reputans, Regem cum ſubditis convivari conversarique; Scandalizantur Phariſei, quare cum Publicanis & peccatoribus manducat Magiſter Sanctitatis? non tamen impunè: quia iſti in poenam ſcandali ſui malitiōſe accepti ab ipſa Veritate audiunt ſibi ingeminari: Vae vobis, genimina viperarum, ſepulchra dealbata, cæci & duces cæcorum. Hæc ambitionis ſuæ detri menta ſentit in ſui Thalami Regij repudio, illa ſuo in sterilitatis male diſto.

1. Paral. 15.  
v. 29.  
Esther. 1. v.  
19. Luc. 3. v. 30.  
Matth. 15.  
v. 14.

dicto. Deridetur justi simplicitas, rident amatores mundi,  
adhuc hodie Servorum DEI simplicitatem, humilitatem,  
& studium in amando in sequendo Eum, dum hi exemplô, Humiliantis se usque ad mortem edocti, in Ejus gloriam in proximi obsequium, ardua, insolita, ac indigna  
quæque, aut patiuntur, aut agunt ; habentur adhuc ho-  
die ab illis *in derisum & similitudinem improperij* : *Vita illo-*  
*rum estimatur insania*, qui spretis divitijs, honoribus,  
& delicijs, totis saeculi illecebris, paupertati, obedien-  
tiæ, ac Castimoniæ, jejunijs, vigilijs, laboribus, *spe me-*  
*lioris resurrectionis* mancipant vitam suam ; Ridentur, non  
tamen impunè, quia sicut *illos vanitatum Sectatores ride-*  
*bit Dominus, & erunt post hac decidentes sine honore, in con-*  
*tumelia inter mortuos in perpetuum, postquam duxerint in*  
*bonis transitorijs dies suos in puncto æternitatis ad inferna*  
*descensuri. Sic justi in perpetuum vivent, & apud Dominum*  
*erit merces eorum, computati sunt inter filios DEI & inter*  
*sanctos sors illorum est.*

Quid ultra AA. tempus saltandi finitum est, Con-  
sumavit saltum suum labores suos sponsus noster, dum  
inter crudelissimas sacratissimi Corporis sui agitationes,  
ostentationesque, jam sub catenis gladijs & fustibus  
tanquam latro, jam sub floccis ludibrijs tanquam amens,  
jam sub flagellis ut malefactor, jam sub spinis & purpu-  
ra ut pseudo-Rex, tandem sub infamis ligni pondere *Ioan. 19. v.*  
*bajulans sibi Crucem passibus sangvineis pervenit ad*  
*montem Calvariae, ubi cruciferunt Eum.* Traditio Pa-  
trum est ; locum hunc non tam ob malefactorum cal-  
varias, quin potius ob calvariam primi hominis hoc lo-  
cô sepulti, traxisse nomen, & ideo locum malefacto-  
rum supplicijs fuisse addictum, quia genus nostrum ob  
peccatum in illo infelici Capite admissum, omnes poe-

nas, omnia supplicia traxit in se. Credimus h̄ic symbolicē completam esse visionem Prophetæ sp̄estantis  
Ezech. 37. campum magnum, plenum oſib⁹ aridis, ad mandatum DEI  
à quatuor mundi plagis flante Spiritu reviviscentibus;  
accesserunt ossa ad ossa, unum quodque ad juncturam suam,  
et ascenderunt super ea nervi et carnes, et ingressus in ea  
Spirit⁹, vixerunt, steteruntque super pedes suos exercitus gran-  
dis nimis valde; Verus enim Ezechiel Fortitudo DEI hic  
extirpavit mortis pestem quam plantavit primus pa-

Aug. ut sup. rens hominum, convenienter enim hic fuit plantatus medi-  
cus ubi jacebat agrotus, in d̄ mortuus Adam, h̄ic Vita mor-  
tem perferens morte suā vitam nobis protulit, &, quem

4. Reg. 13. DEUS dedit Israeli Salvatorem, verus Elizæus mortuus  
v. 5.

Gen. 2. v. 2. mortuum excitavit genus nostrum. H̄ic requievit ab  
universo opere suo, quod patr̄ar̄at redemptor noster, erat

Rom. 5. v. 10. enim magnus ille dies Sabbathi, dies quietis, quo reconcilia-  
ti sumus, DEO per mortem illius. In hoc loco, in hoc li-  
gno sibi, tibique thalamum, lectulum quietis statuit il-  
lius Amor;

Luc. 22. v. 15. Desiderio desideravit pati pro te, mori pro te  
in cruce, non detrectes tu illi hoc thalamō Regiō con-  
quiescere, ne æternum patiāre repudium; Qui non acci-  
pit crucem suam et sequitur me, non est, inquit, me dignus;

Matth. 10. v. 8. Oportuit Illum pati et ita intrare in gloriam, in Requiem  
æternam, Exemplō suō monstrat tibi, quid te oporteat  
facere, neque aliam tibi ad veram internāmque pacem et  
vitam, supereſſe viam, quam viam crucis, errat totō cœlo,  
totā quiete, totā felicitate qui viā Crucis non sequitur  
Dominum. Q̄æſivisti quem diligit anima tua, in pro-  
prio tuo deliciarum mundanarum lectulo q̄æſivisti in

de Kemp.  
lib. 2. Cap. 12. nocte tum ignorantiae, tum malitiæ, q̄æſivisti per vicos,  
Cant. 3. & plateas, inter curas & sollicitudines sœculi atque vul-  
nerata lanceis peccatorum, spoliata palliō Divinæ Gra-  
tiae,

tiæ, non invenisti nisi vanitatem & afflictionem Spiritus.

Adhuc ne quæris ubi cubet? in lectulo suo, in monte Calvariæ in Cruce; ibi requies tua; non incipias, vagari post greges sodalium Illius, creaturarum Illius, inquietum semper erit cor tuum, donec requiescat in illo. In merito Crucis pax vera.

Ibid. 1. v. 6.

Eccles. 1. v.

17.

Prælusit huic veritati Salvator tuus, quando Ipsò navigante cum discipulis, factus est motus magnus in mari, Ipse verò dormiebat; comprobavit illam, dum totò creaturarum Ordine ob immanitatem spectaculi perturbatō, sole obscuratō, firmamentō tenebris obvelatō, terrā tremente, petris scissis, mortuis à tumulo prodeuntibus in Cruce expiravit Ipse, & ultimâ voce suâ, quasi pro completorio officij sui noctem quietam nobis dicens in pace obdormijs, & quievit, discas inter mundi hujus procellas navigare cum illo, & erit navicula vitæ tuæ, quantumvis operiatur fluctibus, absque periculo, discas Illi in Crucis thalamo concumbere, securè dormies, securè quiesces frastus licet illabatur orbis. Habet Loth, adustâ, ob foedos libidinis ignes, totâ Sodomorum Regione securitatem in monte, habuit populus Israël Civitates Asyli in periculis & discrimine vitæ, Tu in monte Calvariæ, tu in Cruce in foraminibus Petra quæst Christus; hic salus, hic vita, hic protec̄tio, hic robur mentis, hic quies, hic gaudium Spiritus.

Marc. 15. v.

37.

Matth. 8. v.

24.

Ps. 4. v. 11.

Gen. 19.

Num durum tibi videtur in monte Calvariæ, inter maleficorum Calvarias, inter convitantium linguas, inter crucifigentium manus, in loco supplicij in duro Crucis ligno, ubi non nisi mortis imago, animæ tuæ quietem quærere? Durus tibi videtur sermo Domini: qui vult venire post me, abneget semetipsum tollat crucem suam & sequatur me? durius erit audire: discedite à me maledicti in ignem aeternum.

Matth. 16.

v. 24.

Ibid. 15. v.

41.

Lectu-

*Lectulus noster floridus* inquis? conquiescas ergo Di-  
lecto tuo in Cruce per veræ compassionis, compun-  
ctionis, & humilitatis affectum; hi enim flores quibus  
ille in lectulo suo stipari desiderat, *tibi fructum afferent*  
*in patientia*, fructum veræ quietis & tranquillitatis hic  
inter adversa vitæ, ibi in patria Requiem æternam; Cer-  
ta & secura est expectatio promissæ beatitudi-  
nis, ubi est participatio Dominicæ  
Passionis

S. Leo Serm.  
9. de quadr.

# D I X I.

